Class work

__________________________________________NOMEN

# Translate the paragraph

Colonus agrum habet. In agro est frumentum et colonus frumentum curat. Mox colonus frumentum secabit. Colonus et filius in agro laborant. Colonus inquit, "Frumentum est maturum. Amicos vocabo et me iuvabunt." Colonus miser est quod amici eum non iuvant. Postridie colonus et filius ad agrum ambulant. Colonus inquit, "Amici me non iuvant. Propinquos vocabo et me iuvabunt." Iterum colonus miser est quod nemo eum iuvat. Hodie colonus et filius ad agrum ambulant. Colonus inquit, "Ego ipse frumentum secabo." Colonus frumentum secat et panem facit. Panem edunt et colonus inquit, "Panis est optimus quod ego ipse frumentum secavi."

| | |
|---|---|
| Habet – has | Edunt-they eat |
| Frumentum – grain | Panis - bread |
| Curat – takes care of | Optimus - best |
| Secabit/Secabo – will cut | Secavi – have cut |
| Maturum – ripe | |
| Vocabo –will call | |
| Amicos/amici – friends | |
| Quod - because | |
| Iuvabunt – will help | |
| Miser – sad, miserable | |
| Postridie – the next day | |
| Propinquos – relatives | |
| Iterum – again | |
| Nemo – no one | |
| Hodie – today | |
| Ipse – myself | |
| Ego – I | |
| Secat – cuts | |
| Panem – bread | |
| Facit – makes | |

Class work

# Translation